UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

De Articvlis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

ἐόντας δίκας ἀποβαίνειν, iuſtas ferri ſẽtẽtias.

DE ARTICVLIS.

Non poteſt intelligi articulorũ natura, de Latino ſermone: propterea quod illa prorſus articulis nõ utit. Eſt aũt particula hęc orationis eiuſmodi, ut ſubducta ſuo loco, aut alieno inculcata, mirifice orationem deformare uideat. quod quidem quale ſit, nullis præceptis poteſt explicari, ſed totũ poſitum eſt in obſeruationis diligentia. Quod quidẽ ferè docent, articulũ aliquid quaſi prius dictum deſignare: rectius, ut opinor, diceret, articuli generalem ſignificationẽ eſſe ἐμφατικὴν, & habere ἔντασιν, ut ſit in adiectionib. & appoſitionib. demonſtrationib. explicãdo, diſcernendo. Creberrimi etiã ſunt ἐκλείψεις uocũ, q̃ in articulis intelligunt. Iam cõtra præcepta uſus illorũ ualde multa reperias apud autores linguæ Græcæ, ut ſic oportere loqui, τὰς τῶν σπουδαίων γνώμας, τὰς τῶν φαύλων διανοίας, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. Sed idẽ tamẽ Iſocrates ſic etiã. ἀλλ' ὁ μὲν τῶν Περσῶν στρατοπέδων τῶν μεγάλων γίγνεται.

Et Herodot. δευτεραῖος ἐκ τοῦ ἀθηναίων ἄ-ſτεος. Quorũ & illud erat, τῷ στρατοπέδῳ τῶν περσῶν. & hoc, ἐκ τοῦ ἄστεος τῶν ἀθηναίων. Iam hoc adiectiuũ adiunctũ ſubſtantiuo ſolui in genitiuũ ἄναρθρον. Neq; ipſum ſeruarunt, τοῖσι σώφροσι βροτῶν, & οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν, Philoctete. & Thucyd. τοὺς βοηθήσαντας λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησε. Hæc admonere paucis uiſum, ut ſtudioſi linguæ Græcæ ſcirent in hac parte ſibi nequaq; uerſanda negligenter ſcripta ueterum, neq; annotationib. parcendũ eſſe.

Articuli etiã temere aduerbijs, & quorũ eſt aduerbialis ſignificatio, addunt, aut nõ addunt, ἀρχὴν, τὴν ἀρχήν. τέλος, τὸ τέλος. παρὰ πολὺ, παρὰ τὸ πολύ. ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. παραυτίκα, τὸ παραυτίκα. ἐκ τούτου, τὸ ἐκ τούτου. μετὰ ταῦτα, τὰ μετὰ ταῦτα. ὡς ἐπὶ τοῖς, τὸ ὡς ἐπὶ τοῖς. παρὰ πολὺ τὸ παρὰ πολύ. Quę quidẽ ſcribunt ac legunt ὑφὲν, τὴν ἀρχὴν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ ἀπὸ τούτου. Huiuſmodi ſunt τὴν ταχίστην, τὰ μάλιστα, τὸ πρῶτον, τὸ παράπολυ.

Eſt & elegans repetitio articuli prepoſitiui cũ particula δέ, ad hunc modũ, ὅσον γὰρ χρόνον προὔστη τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ μετρίως

ἐξηγεῖτο, καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτὴν, καὶ ἐγέ-
νετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη, ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κα-
τέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δυνά-
μιν· Quandiu em̃ p̃fuit reip. in pace, mo
derate eſt principatu uſus, & incolumẽ
illã cõſeruauit, quę illo tẽpore ad ingen
tem magnitudinẽ excreuit. Cum uero
bellũ inuaſiſſet, ne tum quidẽ uires hũc
fugerunt, etc. Herod. οἱ δὲ πάριοι ὅκως μέν-
τι δώσωσι μιλτιάδῃ ἀργυρίου οὐδὲν, διενοεῦν-
το, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξωσι τὴν πόλιν τοῦτο ἐμη-
χανῶντο, Parijs quidẽ argentũ dare Mil-
tiadi animus nõ erat, hoc autẽ omni ra-
tione agebant, ut defenderent urbem.

Animus erat adijcere ſaltem hoc tempore & Annotatiunculas noſtras de Pleonaſmis, & ἐνδείαις, *quæ à Græcis frequenter uſurparentur: ſed fieri nunc non potuit. itaq; poſterius, ſi res forte tulerit, illa aliquãdo unà cum alijs quibuſdã, aliquanto cõmodius cum ſtudioſis communicabimus.*

BASILEAE, PER BALTHASAREM
Laſium & Thomam Platterum,
Menſe Auguſto, Anno
M. D. XXXVI.